# COMMON VESPERS OF SUNDAYS.

(SEMI-DOUBLE.)

*Antiph.* Dixit Dóminus.
Ps. *Dixit Dominus*, page 15.
1 *Ant.* Dixit Dóminus Dómino meo: ℣ Sede a dextris meis.
*Ant.* Fidélia.
Ps. *Confitebor*, page 22.
2 *Ant.* Fidélia ómnia mandáta ejus, ℣ confirmáta, in sæ'culum sæ'culi.
*Ant.* In mandátis.
Ps. *Beatus vir*, page 23.
3 *Ant.* In mandátis ejus cupit minis.
*Ant.* Sit nomen Dómini.
Ps. *Laudate pueri*, page 16.
4 *Ant.* Sit nomen Dómini benedictum in sæ'cula.
*Ant.* Nos, qui vívimus.
Ps. In éxitu Israel *de Æ-gýp-to,* * domus Jacob de pó-*pulo bár-baro:*

Facta est Judǽa sanctifi-*cátio e-jus,* * Israel potés-*tas e-jus.*

Mare vi-*dit, et fu-git:* * Jordánis convérsus est *re-trór-sum.*

Montes exultavérunt *ut a-ríetes,* * et colles sicut a-*gni ó-vium.*

Quid est tibi, mare, *quod fugí-sti?* * et tu, Jordánis, quia convérsus es *re-trór-sum?*

Montes, exultástis si-*cut a-ríetes?* * et colles, sicut a-*gni ó-vium?*

A fácie Dómini mo-*ta est terra,* * a fácie De-*i Ja-cob.*

Qui convértit petram in sta-*gna a-quá-rum,* * et rupem in fontes *a-quá-rum.*

Non nobis, Dómi-*ne, non nobis,* * sed nómini tuo *da glóriam.*

Super misericórdia tua et veri-*tá-te tu-a;* * nequándo dicant gentes: ℣ Ubi est Deus *e-ó-rum?*

Deus autem nos-*ter in cœlo;* * ómnia quæcúmque vóluit, *fe-cit.*

Simulácra géntium argén-*tum et au-rum,* * ópera má*nuum hó-minum.*

Os habent, et *non lo-quéntur:* * óculos habent, et non *vi-dé-bunt.*

Aures habent, *et non aúdient;* * nares habent, et non *o-do-rá-bunt.*

Manus habent, et non palpábunt; ℣ pedes habent, et non *am-bu-lá-bunt:* * non clamábunt in gút-*ture su-o.*

Símiles illis fiant qui *fáciunt e-a,* * et omnes qui confidunt *in e-is.*

Domus Israel sperá-*vit in Dómino;* * adjútor eórum et protéctor e-*ó-rum est.*

Domus Aáron sperá-*vit in Dó-mino;* * adjútor eórum et protéctor e-*ó-rum est.*

Qui timent Dóminum, speravé-*runt in Dó-mino;* * adjútor eórum et protéctor e-*ó-rum est.*

Dóminus memor *fu-it nostri.* * et benedí-*xit no-bis.*

Benedíxit dómui *I-sra-él,* * denedixit dómui *A-á-ron.*

Benedíxit ómnibus qui *timent Dó-minum,* * pusíllis cum *ma jó-ribus.*





Adjíciat Dóminus *su-per vós,* * super vos, et super fi-*lios ves-tros.*

Benedícti *vos a Dó-mino,* * qui fecit cœlum *et ter-ram.*

Cœlum *cœ-li Dó-mino,* * terram autem dedit fi-*liis hó-minum.*

Non mórtui laudá-*bunt te, Dó-mine,* * neque omnes qui descéndunt in *in-fér-num.*

Sed nos qui vívimus, bene*dí-cimus Dó-mino,* * ex hoc nunc, et usque *in sæ'-culum.*

Glória Patri, etc.

5 *Ant.* Nos, qui vívimus, benedícimus Dómino.

*Little Chapter.*

Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Jesu Christi, ℣ Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, ℣ qui consolátur nos in omni tribulatióne *nos-tra.*

℟. Deo *gra-tias.*

## HYMN.

